Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bunos ante faciem suam in omnem ciuitatem et
locum ubi erat ipse ueniturus: et dicebat illis
messis quidem multa: operarii autem pauci Roga
te ergo dominum messis: ut mittat operarios in mes
sem suam Ite ecce ego mitto uos: sicut agnos inter
lupos Nolite portare sacculum: neque peram
neque calceamenta: et neminem per uiam salu
taueritis Quecumque domum intraueritis.
primum dicite pax huic domui Et si ibi fuerit
filius pacis requiescet super illum pax uestra:
sin autem ad uos reuertetur In eadem autem
domo manete: edentes et bibentes que apud
illos sunt Dignus est enim operarius mercede
sua Credo dñi Offertorium Deus qui omnipotens
ut munera que sacramus interueniente
beato Luca euangelista tuo et medelam
nobis operentur et gloriam Postcommunio aplica
communio Semel iuraui in sancto meo semen eius in eternum
manebit et sedes eius sicut sol in aspectu meo et
sicut luna perfecta in eternum et testis in celo fidelis
Postcommunio Deus: ut id quod compi
te sancto altari tuo percipimus precibus beati
luce euangeliste tui animas nostras et corpora
sanctificet Vnde eam multum in regnum Gaude
amus omnes ps Exultate iusti in domino Collecta
Deus qui digne sanctis martyribus tuis Vi
tale et sodalibus eius in uandi agonis
robur indidisti quod per martyrum palmam ad
supne ecclesiastis pertingerent gliam da
nos eorum intercessionibus adiuuari quas
hodierna die transeunt de mortis stadio inte